

PA. nescio. *PY.* atqui sic inventast: eam istic vitiavit miser.

ille ubi id rescivit factum frater violentissimus

955 *PA.* quidnam fecit? *PY.* conligavit primum eum miseris modis.

955^a *PA.* hem

conligavit? *PY.* atque quidem orante ut ne id faceret Thaide. 33^a

PA. quid ais? *PY.* nunc minatur porro sese id quod 35 moechis solet:

quod ego numquam vidi fieri neque velim. *PA.* quā aūdacia tantum facinus audet? *PY.* quid ita "tantum"? *PA.* an non tibi hōc maximumst?

960 quis homo pro moechno umquam vidit in domo meretricia prendi quemquam? *PY.* nescio. *PA.* at ne hoc nesciatis, Pythias:

dico edico vobis nostrum esse illum erilem filium. *PY.* hem 40 obsecro, an is est? *PA.* nequam in illum Thai' vim fieri sinat!

atque adeo autem quor non egomet intro eo? *PY.* vidē, Parmeno,

965 quid agas, ne neque illi prosis et tu pereas; nam hoc putant quidquid factumst ex tē esse ortum. *PA.* quid igitur faciam miser?

quidve incipiam? ecce autem video rure redeuntem senem. 45 dicam huic an non? ei dicam hercle; etsi mihi magnum malum